



Universitätsbibliothek Paderborn

**Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola,
Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra**

Hevenesi, Gábor

Coloniæ, 1715

VD18 10988289

29. Februarii. Si te Deus faciat multa pati, signum habe, quòd te velit
facere magnum Sanctum. S. Ignat. apud Bart. l. 4.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

(66)

sine plurium injuria uni addicī non potest
affectus. Omnibus esto amicus, nulli familiari.

Ut charitas, non carnalitas audiat affectus,
Etus, debet exerci propter Deum, vel quod
hujus imago, vel quod sanguinis ejus pri-
tium sit, quae cum omnibus æquè con-
gruant, par in omnes affectus motivum
ferunt.

29. Februarij.

*Si te Deus faciat multa pati, signum habet
quod te velit facere magnum. Sanctus
S. Ignat. apud Bart. l. 4.*

Patientia cœli clavis est, adversa nos
Deum compellunt, à quo abstrahunt
prospera. Plures salvarentur, si plures plu-
ra paterentur. Ut vites, sic & virtutes no-
nisi putatæ fructificant.

Si quæ in Angelos cadere posset invidi-
sta foret, quod homo pro Deo pati possit.
Angelus non possit. Gloria non voluptas
sed adversitati, stat venalis.

Hæc est virtutis regula: mala pati, bonum
facere; utrumque juvat patientia, cum quod
malum non est, sine qua bonum non est.

Ut Medicus ægro jam desperato indu-

get; quem secat, urit, disponit ad sanitatem;
ita æternus pater filium, quem amat, castigat,
cui parcit, non curat. Absit à me, Domine,
prosperitas, absit indulgentia!

I. Martij.

Quis est, suæque rationes Dei obsequio postponit, huic Deus multò consulit melius, quæm potuisset ipse consulere sibi, si Dei obsequium suis rationibus postponere voluisset. S. Ignat. ap. Bart.

Cui prima est de Deo cura, omnia illi fluent secunda; cùm enim ea, quæ Dei sunt, curamus, ille curat nostra, eaque longè felicius, quæm ipsi non solum præstare, sed & optare potuissimus.

Desideria propria suspecta nobis esse debent; cùm quid nobis expediat, ipsi ne sciamus. Periculosa est nostra electio, id solum est reliquum consilii, ut Deum amemus, & illum sinamus de nobis agere, quod illi visum fuerit.

Conatus nostri sæpe sunt detrimenta nostra, quæque appetebamus vehementius, quoties experti sumus, maximè nocuisse! Quæramus Regnum Dei, cætera adjicientur nobis.

Cùm